



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLVIII. De miraculis Christi in speciali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

quæ nec ipse, nec alius fecit: sed qui tam multa vita & malas valerudines vexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legi antiquorum: vt enim taceam quos iubendo, sicut occurrebant, saluos singulos fecit, Marcus dicit, quod cumque loco introibat in vicis, aut in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel simbram vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant. Hec nemo alius fecit in eis: sic enim intelligendum est, quod ait, in eis, non inter eos, aut coram eis, sed prorsus in eis, quia sanauit eos. Nec tamen alius quicumque in eis talia opera fecit, quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit: hoc autem ipse non illis facientibus fecit.

Fra. 71. in
Ioan. med.
tom. 91.

AD SECUNDUM dicendum, quod August. * exponens illud verbum Ioan. inquit, quæ sunt ista opera maiora, quæ credentes in eum erant facturi, an forte quod ægros ipsis transfusibus etiam eorum umbra sanabat? maius est enim quod sanet umbra quam umbria. Veruntamen quando ista Christus dicebat, verborum suorum facta & opera commẽdabat. Cum enim dixit, Pater in me manens ipse facit opera, quæ opera tunc dicebat, nisi verba que loquebatur? Et eorundem verborum fructus erat fides illorum. Veruntamen euangelizantibus discipulis, non tam pauci quam illi erant: sed gentes etiam crediderunt. Nonne ab ore ipsius diues ille tristis abcessit, & tamen postea, quod ab illo auditum nõ fecit vnus, fecerunt multi, cum per discipulos loqueretur? Ecce, maiora fecit prædicatus a credentibus, quam locutus est audientibus. Verum hoc adhuc mouet, quod hæc maiora per Apostolos fecit: non autem ipsos tantum significans ait, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Audi ergo, & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Prius ego facio, deinde & ipse faciet: quia facio vt faciat. Quæ opera, nisi vt ex impio iustus fiat? quod vtique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quam creare celum & terram: celum enim & terra transeunt, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit: sed & in celis angeli sunt opera Christi, numquid etiam his operibus maiora facit, qui cooperatur Christo ad suam iustificationem? Iudicet qui potest vtrum maius sit iustos creare, quam impios iustificare. Certe si æqualis est utriusque potentia, hoc maioris est misericordiae: sed omnia opera Christi intelligere, vbi ait, Maiora horum faciet, nulla nos necessitas cogit: horum enim forsitan dixit, quæ illa hora faciebat. Tunc autem verba fidei faciebat: & vtique minus est verba iustitiæ prædicare, quod fecit præter nos, quam impios iustificare, quod ita facit in nobis, vt faciamus & nos.

AD TERTIUM dicendum, quod quando aliquod particulare opus, proprium est alicuius agentis, tunc per illud particulare opus probatur tota virtus agentis, sicut cum ratiocinari sit proprium hominis, ostenditur aliquis esse homo ex hoc ipso, quod ratiocinatur circa quodcumque particulare propositum. Et similiter cum propria uirtute miracula facere sit solius Dei, sufficienter ostensum est, Christum esse Deum, ex quocumque miraculo, quod propria uirtute fecit.

De singulis miraculorum speciebus, in quatuor articulos diuisa.

Super Questionis quadragesimæ articulum primum.

DEINDE considerandum est, de singulis miraculorum speciebus. ¶ Et primo, De miraculis, quæ fecit circa spirituales substantias. ¶ Secundo, De miraculis, quæ fecit circa celestia corpora. ¶ Tertio, De miraculis, quæ fecit circa homines. ¶ Quarto, De miraculis, quæ fecit circa creaturas irracionales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum miracula facta per Christum circa spirituales substantias fuerint conuenientia.

AD PRIMVM sic proceditur. **V**t, quod miracula quæ fecit Christus circa spirituales substantias, non fuerint conuenientia. Inter spirituales, n. substantias sancti angeli præpollent demonibus: quia, ut Aug. * dicit in 3. de Tri. spiritus uitæ rationalis desertor atque peccator, regitur per spiritum uitæ rationalis primum & iustum: sed Christus non legitur aliqua miracula fecisse circa angelos bonos ergo nec et circa demones aliqua miracula facere debuit. ¶ 2. Præter. Miracula Christi ordinantur ad manifestandam diuinitatem ipsius; sed diuinitas Christi non erat demonibus manifesta, quia per hoc impeditum fuisset mysterium passionis eius, sicut in illud 1. Cor. 2. Si cognouissent, non quam Dominum gloria crucifixissent. ergo non debuit circa demones aliqua miracula facere. ¶ 3. Præter. Miracula Christi ad gloriam Dei ordinabantur. unde dicitur Mat. 9. quod videntes turbæ paralyticum sanatum a Christo, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talē hominibus: sed ad demones non pertinet glorificare Deum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, ut dicitur Eccl. 15. unde & sicut dicitur Mar. 1. & Luc. 4. non sinebat demonia loqui ea, quæ ad gloriam ipsius pertinebant. ergo uidetur non fuisse conueniens, quod circa demones aliqua miracula faceret. ¶ 4. Præter. Miracula a Christo facta, ad salutem hominum ordinantur: sed quedam demonia ab hominibus eieccta fuerunt cum hominum detrimento, quandoque quidem

Talius clarus est. ¶ In corpore una conclusio. Conueniens fuit Christum demones ab obsessis eiecere. Probatur: Miracula Christi sunt argumentum fidei ergo conuenienter fuit argumentum demones expellendi a genere humano. ergo conueniens fuit, &c. Probatur consequentia prima: quia futurum erat vt demones a creditibus spiritualiter pellerentur, Ioan. 12. Secunda consequentia est clara: quia sensibile est argumentum spiritualis. ¶ Vide hic notitiam, quod Auctor figurati ratione conatus, non curat literaliter pro principali ponere, vt potest manifestiorem, vt scilicet potestatem suam supra & contra demones monstraret. ¶ In responsione ad secundum tractatur, an Christus fuerit cognitus a demonibus: & dicitur tanguntur quaestiones, an scilicet cognouerint ipsum esse Christum seu Messiam in lege promissum, & an cognouerint ipsum esse uerum Deum. Et de prima quaestione tenetur pars affirmatiua auctoritate Lucae euangeliste dicentis ex propria persona, quod demones sciebant ipsum esse Christum. De secunda autem quaestione certum non habetur: quia ex persona demonum dicitur ibidem, scilicet Luc. 4. Tu es filius Dei; demon autem & mendax est, & exploratiue locutus uidetur. Ad hoc sunt auctoritates doctorum. Bede autem auctoritas caute legendi est, quia in glossa ordinaria tributa asseritur: integram autem in catena altera; ita quod ex Beda vnum tantum asserimus habemus, scilicet quod uerbum Apostoli, ad Cor. 2. Si cognouissent, non refert.

1. p. 2. r. 13. tom. 91.

referat ad Christum nec Dei filium, sed ad mysterium efficaciae passionis & resurrectionis Christi, scilicet quod ei cunctis ipse diabolus esset, & breuiter quod Christo danda esset omnis potestas in celo & in terra. Breue uera textus Apostoli capax est illius sententia, ut patet in uenti contextum.

¶ Sed occurrerit tunc dubium, quo pacto diabolus aut sciens aut malum dubitans Christum esse uerum Deum potuit ratiogabiliter incitare iudeos ad mortem Christi: sciebat enim quod si esset uerus Deus, acium a se de regno ipsius demoueret.

¶ Sed si uerba diabolus consideretur, contentum rationi suae pertinet eius apparebit, quod etiam si sciebat Iesum Christum esse uerum Deum, tunc procuraret ipsius mortem, ut sciat. Ex eo enim quod scientia illa non est scientia euidentia, sed fidei coacta ex Scripturis & miraculis, ac per hoc unum scientiam non generat scientiam alterius, puta effectus: non enim est in hoc scitendi modo, (sicut in scientia demonstrativa, in qua ex una causa cognita deducuntur omnes illius effectus) cognita deitate restabat incognitum, quid futurum esset. Nec suberat ratio de ducendi pro certo multa excellentia sequenda, quia experientia restabat multa ualde inuisa illi deitati adiungit, si ille homo uererat Deus: unde rationabiliter secundum superbia sua agens demon, cogitabat pugnare contra ipsum, auferendo illi uitam, honorem, famam, discipulos, &c.

¶ Sed cogitans quod si non esset Deus, sed Messias punis hominem profectum eum: & si esset uerus Deus non parum feci, habere hanc uictoriam contra ipsum Deum, & postea uidebitur quid Deus sciet, uictorem enim se patrem se putauit esse, habendo priam uictoriam uincere Deum in hoc mundo, nescies quid postea sequeretur.

¶ Et propterea bene uenerabilis Beda dixit, quod si cognouissent latens mysterium sequitis tructus, numquam

quam dominum gloriae crucifixissent, non quin etiam ipsum Deum auderet aggredi (quoniam scriptum est, Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper) sed quia proprium damnum uitare uoluisse Deum habere tantam gloriam, ut uinceret ipsum diabolum iustitia, ut esset redemptor ac saluator, ut est. Hæc de Beda.

¶ Sed de questione ipsa, parti affirmatiua multum fauet conclusio precedentis articuli: ita quod, & simpliciter & ad hominem non parua consurgit questio, quo pacto si miracula Christi simul cum illius doctrina iuncta, sufficienter illius probant deitatem, demones omnium scrutatores & intelligentia uigentes, in dubio deitatis ipsius persistebant. Ad hoc dicitur, quod quia miracula etiam doctrinae Christi iuncta, non erant sufficientia ad causandam notitiam euidentia, sed fidei coacta uel uoluntaria, deitatis Christi potuit permanere dubium apud demones; ex hoc quod non penetrabatur habitu doctriinarum ac doctrinae ad gratiam unionis personalis in Christo: quod ex aliquo trium prouenire potuit, uel ex opinione plurium causarum, ex quibus procedere possent miracula & doctrina, tunc non plene manifestata, quo ad sensum uerum, qui post aperus est, ita quod licet ipsa miracula ex se sufficerent, non penetranti tamen non erant sufficientia: latebat autem de monem huiusmodi habitu, quia miracula poterant ex alia graua, quam unionis procedere. Et similiter Dei proprietates, & nomina, quæ de se Christus dicebat, poterant putari, quod secundum aliam gratiam quam unionis uerificarentur: habitu enim miraculorum, & doctrinae Christi non erat habitu euidentis, sed solius fidei mater secundum naturalem cognitionem: & propterea locus semper suspitioni de opposito ignoto relinquitur. Sicut si uideremus mortuum resuscitari, sciremus ex supernaturali quadam uirtute hoc fieri, sed qua liter

corporeali, sicut dicitur Marci 9. quod demon ad præceptum Christi exclamans, & multum discerpens hominem, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Quæ doque etiam cum damno rerum, sicut quando demones ad eorum preces misit in porcos, quos precipitauerunt in mare: unde ciues illius regionis rogauerunt eum, ut transiret a finibus eorum, ut legitur Mat. 7. ergo uidetur inconuenienter fecisse huiusmodi miracula.

RESPON. Dicendum, quod miracula quæ Christus fecit, argumenta quadam fuerunt fidei, quæ ipse docebat. Futurum autem erat, ut per uirtutem diuinitatis eius excluderet demonum potestatem ab hominibus credituris in eum, & secundum illud Iohan. 12. Nunc princeps huius mundi eiecietur foras: & ideo conueniens fuit quod inter alia miracula etiam obfessos a demonibus liberaret.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homines sicut per Christum erant a potestate demonum liberandi, ita per eum erant Angelis consecrandi, secundum illud Col. 1. Pacificas per sanguinem crucis eius, quæ in caelis & quæ in terris sunt: & ideo circa angelos alia miracula hominibus demonstrare non conueniebat, nisi ut angeli hominibus apparerent, quod quidem factum est in natiuitate ipsius, & in resurrectione & ascensione eius.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Aug. dicit 9. de ciuit. Dei, Christus factus innotuit demonibus, quantum uoluit: factum autem uoluit, quantum oportuit: sed innotuit eis, non sicut angelis sanctis per id, quod est uita æterna: sed per quadam temporalia suæ uirtutis effecta: & primo quidem uidetes Christum esturere post ieiunium, æstimauerunt eum non esse filium Dei: unde super illud Luc. 4. Si filius Dei es, &c. dicit Ambr. Quid sibi uult talis sermonis exorsus, nisi quia cognouerat Dei filium esse uerum, sed uenisse per infirmitatem corporis non putauit? Sed postmodum uisis miraculis, ex quadam suspitione correcturauit eum esse filium Dei: unde super illud Marci 1. Scio quod sis sanctus Dei, dicit Chrysostomus, quod non certam

aut firmam aduentus Dei habebat notitiam, sciebat tamen ipsum esse Christum in lege promissum: unde dicitur Luc. 4. Quia sciebant ipsum esse Christum. Quod autem ipsum confitebantur esse filium Dei, magis erat ex quadam suspitione, quam ex certitudine: unde Beda dicit super Luc. Et demones filium Dei confitentur: & sicut postea dicitur, sciebant eum esse Christum: quia cum ieiunio fatigatum eum diabolus uideret, uerum hominem intellexit: sed quatiens non prauoluit, utrum filius Dei esset, dubitabat: nunc autem per signorum potentiam, uel intellexit, uel potius suspicatus est esse filium Dei, non ideo igitur iudeis eum crucifigere persuasit, quia Christum Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non prauidit esse damnandum: de hoc enim mysterio a faculis abscondito, dicit Apostolus, quod nemo principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent.

AD TERTIUM dicendum, quod miracula in expulsionem demonum non fecit Christus propter utilitatem demonum, sed propter utilitatem hominum, ut ipsi eum glorificarent. Et ideo prohibuit eos loqui ea, quæ ad laudem ipsius pertinebant: primo quidem, propter exemplum: quia, ut dicit Athanasius, compellebat eius sermonem, quam uis uera fateretur: ut nos etiam assuesciant, ne curemus de talibus, etiam si uera loqui uideantur: ne fase est enim, ut cum adsit nobis scriptura diuina, instrumur a diabolo: est enim hoc periculosum, quia ueritati frequenter demones immisceant mendacia: secundo, quia (sicut Chrysostomus dicit) non oportebat eos surripere officii Apostolici gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua foetida publicari, quia non est speciosa laus in ore peccatorum: tertio, quia (ut Beda dicit) nolebat ex hoc inuidiam accendere iudeorum: unde etiam ipsi apostoli iuuentur reticere de ipso, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differatur.

AD QUARTUM dicendum, quod Christus specialiter uenerat docere & miracula facere propter utilitatem hominum, principaliter quantum ad animæ salutem. Et ideo

Sup. illud Luc. 2. Sciebat ipse esse Christum, ut cap. 14. se eund. ordi. Beda. ro. 3.

* Id habet Chrys. con. 2. de Lazaro, ut me. to. 2. & Theoph. Luc. 4. & Marc. 1.

C. 4. in Luc. Est cap. 14. secundum ordinem Bedæ, circa finem illius to. 2.



Hom. 29. in Mar. circa med. 10. 2.

Mar. 9. sup verbum in arg. cit. 1. 9.

Cap. 4. non multum re mot. a su.

Li. r. a tex. 20. usque ad 31. tom. 2.

liter se habeat Deus ad illam virtutem illumque resuscitantes nesciremus, & sub dubio hoc reliquas mirarentur, uel ex deprauato appetitu demonum affectione superbia, & inuidia: quamuis enim tentaretur & scruaretur diabolus ob proprium amorem, an esset Deus, quia tamen quod miser uellent, hoc facile credunt, incredibile reddebatur diabolus, quod humana natura supra angelicam etiam beatam eleuaretur, ita ut unus homo esset uere Deus, preferunt quia nulla naturali, tam humana quam angelica ratione hoc possibile apparebat, unde tanquam quodam inopinabile, a sui adhesionem intellectus hoc auerterat. uel quia Seraphimi habent alas ad uelandum, ut dicitur Isa. 6. diuina prouidentia uelatum sic remansit unio nis mysterium, ut non certiores de eo redderentur demones, donec consummatum esset mysterium redemptionis humane, ne semper impediretur aut differeretur. Et si omnes tres dicte rationes simul iuncta fuerint, manifestius apparebit ratio dubitandi in demonibus.

Super quatuor quaestio. quatuor dragefima quarta articulum secundum.

Titulus clarus propter obsecrationem solis tempore passionis. In corpore unica conclusio. Conueniens fuit ut Christus miracula faceret etiam circa corpora caelestia. Probatur: Miracula Christi debebant essentialia, ut sufficienter ostenderent eum esse Deum, & nonia euidenter per miracula circa corpora inferiora, sicut circa caelestia hoc monstratur: ergo conueniens fuit, & cetera. Secunda pars assumpti manifestatur ex differentia inter causas actiuas in corpo-

permisit demones, quos eiciebat hominibus aliquod nocuum etum inferre, uel in corpore uel in rebus propter animae humanae salutem, ad hominum scilicet instructionem: unde Chrysostomus. dicit super Mattheam, quod Christus permisit demonibus in porcos ire, non quasi a demonibus per suasus, sed primo quidem, ut instruat magnitudinem nocuimenti demonum, qui hominibus insidiantur: secundo, ut omnes discerent, quoniam nec aduersus porcos auerent aliquid facere, nisi ipse consenserit: tertio, ut ostenderet quod grauiora in illos homines operati essent, quam in illos porcos, nisi essent diuina prouidentia adiuti. Et propter easdem etiam causas permisit eum, qui a demonibus liberabatur, ad horam grauius affligi, a qua tamen afflictione eum continuo liberauit: Per hoc etiam ostenditur (ut Beda dicit) quod saepe dum conuerti ad Deum post peccata conamur, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidiis: quod facit, uel ut odium uirtutis incutiat, uel expulsiouis suae uindictam iniuriam. Factus est etiam homo sanatus uelut mortuus (ut Hieronymus dicit) quia sanatis dicitur mortuus esse, & uirtus uestra abscondita est cum Christo in Deo.

ARTICVLVS III. mbb

Utrum conuenienter facta fuerint miracula per Christum circa caelestia corpora.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, quod inconuenienter fuerint a Christo facta miracula circa caelestia corpora: ut enim Dio. dicit 4. cap. de Diu. no. diuine prouidentiae non est natura corrumpere, sed saluare. Corpora autem caelestia secundum suam naturam sunt incorruptibilia & inalterabilia, ut probatur in primo de caelo. ergo non fuit conueniens, ut per Christum fieret aliqua immutatio circa ordinem caelestium corporum. 2. Præter. Secundum motum caelestium corporum, temporum cursus designantur, secundum illud Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento caeli, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Sic ergo mutato cursu caelestium corporum, mutatur temporum distinctio & ordo: sed non legitur hoc esse perceptum ab Astrologis, qui contemplantur sidera, & computant menses, ut dicitur Isa. 47. ergo uidetur quod per Christum

non fuerit aliqua mutatio facta circa cursum caelestium corporum. 3. Præter. Magis competebat Christo facere miracula uiuens & docens, quam moriens: tum quia, ut dicitur secundum ad Cor. ult. Crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei, secundum quam miracula faciebat: tum etiam quia eius miracula confirmatiua erant doctrinae ipsius, sed in uita sua non legitur, Christum aliquod miraculum circa caelestia corpora fecisse, quin immo pharisaeis petentibus ab eo signum de caelo, eis dare renuit, ut habet Mat. 12. & 16. ergo uidetur, quod nec in morte circa caelestia corpora aliquod miraculum facere debuerit.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 23. tenebrae factae sunt in uniuersa terra usque ad horam nonam, & obscuratus est sol. Respondetur. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) miracula Christi talia esse debebant, ut sufficienter eum esse Deum ostenderent. Hoc autem non ita euidenter ostenditur per transmutationes corporum inferiorum, quae etiam ab aliis causis moueri possunt, sicut per transmutationem cursus caelestium corporum, quae a solo Deo sunt immobiliter ordinata, & hoc est quod Dion. dicit in Epistola ad Poly carp. Cognoscere oportet non aliter aliquando posse aliquid pertinere caelestis ordinationis & motus, nisi causam haberet ad hoc mouentem, quae facit omnia, & mutat secundum suum sermonem. Et ideo conueniens fuit, ut Christus miracula faceret etiam circa caelestia corpora.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut inferioribus corporibus naturale est moueri a caelestibus corporibus (quae sunt superiora secundum naturam ordinem) ita etiam naturale est cuiuslibet creature, ut transmutetur a Deo secundum eius uoluntatem, unde August. dicit in 10. sermone contra Faustum, & habetur in glossa Roman. 11. super illud: contra naturam insertus es, & cetera. Deus creator, & conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit, quia id est cuique rei natura, quod facit, & ita non corrumpitur natura caelestium corporum, cum eorum cursus immutatur a Deo: corrumpetur autem, si ab aliqua alia causa immutaretur.

AD SECUNDVM dicendum, quod per miraculum a Christo factum, non est peruersus ordo temporum. Nam secundum quosdam illa tenebrae uel solis obscuratio, quae in passione Christi accidit, fuit propter hoc, quod sol suos radios retraxit, nulla immutatione facta circa motum caelestium corporum, secundum quem tempora melu-

ra inferiora, & actiuas in caelestia, & auctoritate Dion. In responsione ad primum intellige uerba Auctoris cum grano salis, & sic quod sicut corpora elementaria habent plures motus naturales, ita quod unus motus est eis naturalis secundum propriam naturam particularem, & alius est eis naturalis, secundum quod mouentur in superiori, quasi secundum naturam uniuersalem (ut patet de igne qui ultra naturalem motum, quo fertur sursum, mouetur etiam naturaliter motu circulari, sequens caelum, & similiter ferrum ultra naturalem motum, quo fertur deorsum, naturaliter mouetur ad adamantem, quasi superiorem sequens naturam, ita corpora caelestia ultra naturalem inclinationem ad suos cursus naturaliter, hoc est secundum potentiam obedientialem ad uniuersalem fontem totius naturae, possunt immutari in illud, quod Auctor nature facit: utrobique enim est proportio interioris particularis naturae ad superiorem uniuersalem naturam, quamuis diuersimode, quia ibi cursus ordoque naturae indius seruatur; hic autem, quia ad naturam naturam ascenditur, noua adiciuntur quae a theologo diuersis speciebus, & miraculosa & naturalia appellatur: pro quantum auctori naturae obediunt, naturalia uocantur, pro quanto supra naturam cursu potestatemque sunt, in miraculorum ordine sunt.

Anterius occidentem rediens, non pertransiit solē, ut esset eo orientior: sed postquam peruenit ad terminum solis, reuertā est uersus orientem, & ita partem solis, quam ultimo occupauit, primo etiam dereliquit, & sic ex parte orientali inchoata fuit eclipsis; sed in parte occidentali prius incēpit claritas apparere, & hoc est quod dicit, & rursus uidimus non ex eodem id est nō ex eadem parte solis & defectum & purgationem, sed e conuerso secundum diametrum factam. Quintum miraculum addit Chryl. * super Marth. dicens, quod tribus horis tunc tenebrę permanferant, cum eclipsis solis in momento pertranserat. non. n. habet moram, ut sciunt illi qui confiderauerunt: unde datur intelligi, quod luna quieuerit sub sole, nisi forte uelimus dicere, quod tempus tenebrarum computatur ab instanti, quo sol incepit obscurari, usque ad instans in quo totaliter fuit repurgatus: sed sicut Origenes * dicit super Mat. aduersus hoc filii seculi huius dicunt, quomodo hoc factum tam mirabile nemo gręcorum aut barbarorum scripsit. Et dicit, quod quidam nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberii Cęsaris factum: sed non signauit quod fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc cōtingere, quia Astrologi ubique terrarum tunc temporis existentes, non sollicitabantur de obseruanda eclipsi, quia tempus non erat, sed illam obscuritatem ex aliqua passione aeris accidere putauerunt: sed in Aegypto, ubi raro nubes apparent propter aeris serenitatem permotus est Dio. & socii eius, ut prędicta circa illam obscuritatem obseruarent.

Ad tertium dicendum, quod tunc pręcipue oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostendere, quando in eo maxime apparebat infirmitas secundum humanam naturam, & ideo in Christi natiuitate stella noua in celo apparuit: unde Maximus dicit in sermone Natiuitatis, Si pręsepe despicias, erige parumper oculos, & nouam in celo stellam, protestantem mundo natiuitatem Dominicam, contuere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem Christi apparuit: & ideo oportuit ut maiora miracula ostenderentur circa principalia mundi luminaria, & sicut Chryl. * dicit super Marth. hoc est signum quod petentibus promittebat dare, dicens, Generatio praua & adultera signum querit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę propheta: crucem significans & resurrectionem: etenim multo mirabilius est in eo, qui crucifixus erat, hoc fieri, quam ambulante eo super terram.

Anterius occidentem rediens, non pertransiit solē, ut esset eo orientior: sed postquam peruenit ad terminum solis, reuertā est uersus orientem, & ita partem solis, quam ultimo occupauit, primo etiam dereliquit, & sic ex parte orientali inchoata fuit eclipsis; sed in parte occidentali prius incēpit claritas apparere, & hoc est quod dicit, & rursus uidimus non ex eodem id est nō ex eadem parte solis & defectum & purgationem, sed e conuerso secundum diametrum factam. Quintum miraculum addit Chryl. * super Marth. dicens, quod tribus horis tunc tenebrę permanferant, cum eclipsis solis in momento pertranserat. non. n. habet moram, ut sciunt illi qui confiderauerunt: unde datur intelligi, quod luna quieuerit sub sole, nisi forte uelimus dicere, quod tempus tenebrarum computatur ab instanti, quo sol incepit obscurari, usque ad instans in quo totaliter fuit repurgatus: sed sicut Origenes * dicit super Mat. aduersus hoc filii seculi huius dicunt, quomodo hoc factum tam mirabile nemo gręcorum aut barbarorum scripsit. Et dicit, quod quidam nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberii Cęsaris factum: sed non signauit quod fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc cōtingere, quia Astrologi ubique terrarum tunc temporis existentes, non sollicitabantur de obseruanda eclipsi, quia tempus non erat, sed illam obscuritatem ex aliqua passione aeris accidere putauerunt: sed in Aegypto, ubi raro nubes apparent propter aeris serenitatem permotus est Dio. & socii eius, ut prędicta circa illam obscuritatem obseruarent.

Ad tertium dicendum, quod tunc pręcipue oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostendere, quando in eo maxime apparebat infirmitas secundum humanam naturam, & ideo in Christi natiuitate stella noua in celo apparuit: unde Maximus dicit in sermone Natiuitatis, Si pręsepe despicias, erige parumper oculos, & nouam in celo stellam, protestantem mundo natiuitatem Dominicam, contuere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem Christi apparuit: & ideo oportuit ut maiora miracula ostenderentur circa principalia mundi luminaria, & sicut Chryl. * dicit super Marth. hoc est signum quod petentibus promittebat dare, dicens, Generatio praua & adultera signum querit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę propheta: crucem significans & resurrectionem: etenim multo mirabilius est in eo, qui crucifixus erat, hoc fieri, quam ambulante eo super terram.

ARTICVLVS III.

Utrum conuenienter Christus circa homines miracula fecerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter Christus circa homines miracula fecerit. In homine enim potior est anima quā corpus: sed circa corpora multa miracula Christus fecit, circa animas uero nulla miracula legitur fecisse, nam neque aliquos incredulos ad fidem uirtuose cōuertit, sed ad morēdo & exteriora miracula ostendēdo, neque etiam aliquos fatuos sapientes legitur fecisse, ergo uidetur quod non conuenienter sit circa homines miracula operatus.

Tertius S. Thomas

Super Questionis quadragesima quarta articulus tertius.

Titulus clarus est. In corpore una conclusio. Conuenienter Christus circa homines miracula fecit. Probat, ea que sunt ad finem, debent consonare finis, sed aduentus, miracula doctrinę Christi sunt ad salutem humanam, ut finem ergo deduerit ei consonare, ergo que dā salutifera circa homines conueniunt miracula ad finem uniuersalis salutis: Minor patet, Ioan. 3. & omnia clara sunt.

T 2 T hic

Hom. 39. in Marth. non malem 15. ge a princ. tom. 2.

Hom. 35. in Mat. fo. 4. & 5. in fine 3A. tenendo ho. to. 3.

Hom. 39. in Marth. circa prin. to. 2.

In c. 57. sup. Simil ab ho. 26. tenet. f. 2. sum. 209.

Cap. 4. circa p. 1.

Hom. 39. in Marth. non malem 15. ge a princ. tom. 2.

In c. 57. sup. Simil ab ho. 26. tenet. f. 2. sum. 209.

Hom. 35. in Mat. fo. 4. & 5. in fine 3A. tenendo ho. to. 3.

Hom. 39. in Marth. circa prin. to. 2.

Uniuersitat. Bibliothek Paderborn

q. p. 2. 2. 4.

Hic, sicut in mille locis, nota, Auctore nihil sibi arrogare de sanctorum doctrina: sed singula quum potuisset complecti proprio nomine, maluit singulis doctoribus tribuere, ut utramque doceret, & miracula Christi & humilitatem.

¶ 2. Præter. Sicut supra dictum est, Christus faciebat miracula uirtute diuina, cuius proprium est subito operari & perfecte, absque admiculo alienius: sed Christus non semper subito homines curauit, quantum ad corpus: dicitur enim Marc. 8. q. apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus, interrogauit eum si quid uideret, & aspiciens ait, uideo homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum impositus manus super oculos eius, & cepit uidere, & restitutus est ei uisus, ita ut clare uideret omnia, & sic patet q. non subito eum curauit: sed primo quidem imperfecte & per sputum, ergo uidetur non conuenienter circa homines miracula fecisse.

¶ 3. Præter. Quæ se inuicem non consequuntur, non oportet quod simul tollantur: sed ægritudo, corporalis non semper ex peccato causatur, ut patet per illud, quod Dominus dicit Ioan. 9. Neque hic peccauit neque parentes eius, ut cæcus naceretur. nõ ergo oportuit ut hominibus corporum curationem querentibus peccata dimitteret, sicut legitur fecisse circa paralyticum, Marth. 9. præsertim quia sanatio corporalis cum sit minus, quam remissio peccatorum, non uidetur esse sufficiens argumentum, quod possit peccata dimittere.

q. p. 2. 2. 4.

¶ 4. Præter. Miracula Christi facta sunt ad confirmationem doctrinæ ipsius, & testimonium diuinitatis eius, ut supra dictum est; sed nullus dicit impedire finem operis sui, ergo uidetur inconuenienter Christus quibusdam miraculose curatis præcepisse, ut nemini dicerent, ut patet Marth. 9. & Marc. 8. præsertim quia quibusdam aliis mandauit, ut miracula, circa se facta publicarent, sicut Mar. 5. legitur, quod dixit ei, quæ a demonibus liberauerat, uade in domum tuam ad tuos, & annuntia eis quanta tibi Dominus fecerit.

SED CONTRA est, quod dicitur Mar. 7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & muros loqui.

RESPON. Dicendum, quod ea, quæ sunt ad finem, debent fini esse proportionata: Christus autem ad hoc in mundum uenerat, & docebat, ut homines saluos faceret, secundum illud Ioan. 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundum: sed ut saluetur mundus per ipsum, & ideo cõueniens fuit, ut Christus particulariter homines miraculose curando, ostenderet esse uniuersalem, & spirituales hominum saluatorem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ea quæ sunt ad finem, distinguuntur ab ipso fine. Miracula autem a Christo facta ordinabantur sicut ad finem, ad rationalis partis salutem, quæ consistit in sapientiæ illustratione & hominum iustificatione, quorum primum præsupponit secundum: quia, ut dicitur Sapientiæ primo. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Iustificare autem homines, non conueniebat nisi eis uolentibus: hoc enim esset & contra rationem iustitiæ, quæ rectitudinem uoluntatis importat, & etiam contra rationem humanæ naturæ, quæ libero arbitrio ad bonum ducenda est, non autem per coactionem. Christus ergo uirtute diuina interius homines iustificauit, non tamen eis inuitis, nec hoc ad miracula pertinet, sed ad miraculorum finem. Et similiter etiam uirtute diuina simplicibus discipulis diuinam sapientiã infudit: unde dicit eis Lucæ uigesimo primo. Ego dabo uobis os, & sa-

cientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii uestri: quod quidem quantum ad anteriorem illuminationem inter uisibilia miracula non numeratur: sed solum quantum ad exteriorum actum, in quantum scilicet uidebant homines eos, qui fuerant illiterati, & simplices, tam sapienter & constanter loqui: unde dicitur Actuum 4. Videntes Iudæi Petri constantiam & Ioannis, comperto quod homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur. Et tamen huiusmodi spirituales effectus, etsi a miraculis uisibilibus distinguuntur, sunt tamen quædam testimonium doctrinæ, & uirtutis Christi, secundum illud Hebr. 2. Contestante Deo signis & portentis, & uariis uirtutibus, & Spiritus sancti distributionibus: sed tamen circa animas hominum, maxime quantum ad immutandas inferiores uires, Christus aliqua miracula fecit: unde Hieronymus. * super illud Marth. 9. Surgens secutus est eum, dicit, Fulgor ipse & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in facie relucebat humana, uidentes ad se trahere poterat ex primo aspectu, & super illud Marth. 21. Ejiciebat omnes uidentes & ementes, &c. dicit idem Hieronymus. † Mihi inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc uidetur esse mirabilius, quod unus homo & illo tempore contemptibilis, potuerit ad unius flagelli uerbera tantam eijcere multitudinem: igneum enim quidam atque sydereum radiabatur ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie eius. Et Origenus. * dicit super Ioan. Hoc est maius miraculum eo, quo aqua conuersa est in uinum, eo quod illic inanimata subsistit materia, hic uero tot millium hominum domatur ingenia. Et super illud Ioan. 18. Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram, dicit Augustinus. † una uox turbam odij ferocem, armique terribilem sine telo ullo percussit, repulit, strauit: Deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet, quod dicitur Lucæ quarto, quod Iesus transiens per medium illorum ibat: ubi dicit Chrysostomus, quod stare in medio insidiantium, & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostendebat, & quod dicitur Ioan. octauo. Iesus abscondit se & exiit de templo: ubi Augustinus dicit, Non abicondit se in angulo templi quasi timens, uel post murum aut columnam diuertens: sed diuina potestate se inuisibilem insidiantibus constituens, per medium illorum exiit. Ex quibus omnibus patet, quod Christus quando uoluit, uirtute diuina animas hominum immutauit, non solum iustificando, & sapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem: sed etiam exteriori alliciendo, uel terrendo, uel stupefaciendo, quod pertinet ad ipsa miracula.

AD SECUNDUM dicendum, quod Christus uenerat saluare mundum, non solum uirtute diuina, sed per mysterium incarnationis ipsius. Et ideo frequenter in sanatione infirmorum non sola potestate diuina utebatur, curando per modum Imperij, sed etiam aliquid ad humanitatem ipsius pertinens apponendo: unde super illud Lucæ quarto. Singulis manus imponens, curabat omnes, dicit Cyrillus, quamuis ut Deus potuisset omnes uerbo pellere morbos, tangit tamen omnes, ostendens propriam carnem efficacem ad præstanda remedia. Et super illud Mar. 8. Expuens in oculos eius impositis manibus, &c. dicit Chrysostomus. * Spiritus quidem & manus imponit cæco, uolens ostendere quod uerbum diuinum operationi adiunctum miracula perficit: manus, operationis est ostensiuum, sputum sermonis ex ore prolatis. Et super illud Ioan. 9. Fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci, dicit Augustinus. † De salua sua lutum fecit, quia uerbum caro

caro

caro factum est. Vel etiam ad significandum, quod ipse fecerat qui ex limo terra hominem formauerat, ut Chryl. dicit: est autem circa miracula Christi considerandum, quod communiter perfectissima opera faciebat, unde super illud Ioan. 2. Omnis homo primum bonum unum ponit, dicit Chryl. Talia sunt Christi miracula, ut multo his, quae per naturam sunt, speciosiora & utiliora fiant, & similiter in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat: unde super illud Mar. 8. Et surrexit, & ministrabat illis, dicit Hieron. Sanitas que confertur a Domino, tota simul redit. Specialiter autem in illo caeco contrarium fuit propter infidelitatem ipsius, ut Chryl. dicit. Vel sicut Beda dicit, quem uno uerbo totum simul curare poterat, paulatim curat, ut magnitudinem humane cecitatis ostendat, quia uix, & quasi per gradum ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicet, per quam singula perfectionis incrementa adiunat.

AD TERTIUM Dicendum, quod sicut supra dictum est, Christus miracula faciebat uirtute diuinae Dei autem perfecta sunt opera, ut dicitur Deut. 32. Non est autem aliquid perfectum, si finem non consequatur. finis autem exterioris curationis per Christum facta, est curatio animae, & ideo non conueniebat Christo, ut alicuius corpus curaret, nisi eius curaret animam: unde super illud Ioan. 7. Totum hominem sanum feci in sabatho, dicit Aug. quod curatus est, ut sanus esset in corpore, & creditur, ut sanus esset in anima. Specialiter autem paralytico dicitur. Dimittuntur tibi peccata, quia ut Hieron. dicit super Mat. datur ex hoc nobis intelligentia propter peccata plerisque euenire corporum debilitates, & ideo forsitan prius dimittuntur peccata, ut carnis debilitatis ablatis, sanitas restitatur: unde & Ioan. 5. dicitur, iam noli amplius peccare, ne deteritis tibi aliquid contingat. ubi dicit Christus. Discimus quod ex peccatis nata erat ei aegritudo. Quamuis autem, ut Christo, dicit super Mat. quanto anima est potior corpore, tanto peccatum dimittere maius sit, quam corpus sanare, quia tamen illud non est manifestum, facit minus quod est manifestius, ut demonstraret maius & non manifestum.

AD QUARTUM dicendum, quod super illud Mat. 9. Videte ne quis sciat, dicit Chryl. Non est hoc contrarium quod hic dicitur ei, quod alteri dicit: unde & annuntia gloriam Dei: erudit enim nos prohibere eos qui uolunt nos propter nos laudare, si autem ad gloriam Dei refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, ut hoc fiat.

Super quatuor quadragesimae quartae articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Verum conuenienter Christus fecerit miracula circa creaturas irracionales.

Tertius clarus est. In corpore una conclusio: conuenienter Christus fecit miracula in creaturis irrationalibus. Probatur miracula Christi fuerunt ad monstrandam illius deitatem pro salute hominum, sed ad deitatis uirtutem spectat iudicium omnium. ergo conueniens fuit, ut in omnibus generibus creaturarum Christus miracula faceret, ergo in irrationalibus. Oia clara sunt.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irracionales. Bruta enim animalia sunt nobiliora plantis: sed Christus fecit aliquid miraculorum circa plantas, puta cum ad uerbum eius est siccata ficulnea, ut dicit Mat. 21. ergo uidetur, quod etiam circa animalia bruta miracula facere debuisset.

¶ 2. Præ. Poena non iuste inferitur, nisi pro culpa: sed non fuit culpa

ficulneae, quod in ea Christus fructum non inuenit, quando non erat tempus fructuum, ergo uidetur quod inconuenienter eam siccauerit.

¶ 3. Præ. Aqua & aer sunt in medio caeli & terra: sed Christus aliqua miracula fecit in caelo (sicut supra dictum est) similiter etiam in terra, quando in eius passione terra mota est, ergo uidetur quod etiam in aere & aqua aliqua miracula facere debuerit, ut mare diuideretur, sicut fecit Moyses, uel etiam flumen, sicut fecerunt Iosue & Helias, & ut fierent in aere tonitrua, sicut factum est in monte Sinai, quando lex dabatur, & sicut Helias fecit 3. Reg. 13.

¶ 4. Præ. Opera miraculosa pertinent ad opus gubernationis mundi per diuinam prouidentiam, hoc autem opus presupponit creationem, inconueniens ergo uidetur quod Christus in suis miraculis usus est creatione, quando scilicet multiplicauit panes, non ergo conuenienter uidetur fuisse eius miracula circa irracionales creaturas.

SED CONTRA est, quod Christus est Dei sapientia, de qua dicitur Sapient. 8. quod disponit omnia sua uiter.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) miracula Christi ad hoc ordinabantur, quod uirtus diuinitatis cognosceretur in ipso ad hominum salutem. Pertinet autem ad uirtutem diuinitatis, ut omnis creatura sit ei subiecta, & ideo in omnibus creaturarum generibus miracula eum facere oportuit, & non solum in hominibus, et sed in irracionabilibus creaturis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod animalia bruta propinque se habent secundum genus ad hominem, unde & in eodem die cum homine facta sunt. Et quia circa corpora humana multa miracula fecerat, non oportebat quod circa corpora brutorum animalium aliqua miracula faceret, praesertim quia quantum ad naturam sensibilem & corporalem, eadem ratio est de hominibus & de aliis animalibus, praecipue tamen sribus, pisces autem cum uiuant in aqua, magis a natura hominum differunt, unde & alio die sunt facti, in quibus miraculum Christus fecit in copiosa piscium captura, ut legitur Luc. 5. & Io. ult. & etiam in pisce, quem Petrus cepit, & in eo inuenit staterem. Quod autem porci in mare praecipitati sunt, non fuit operatio diuini miraculi, sed operatio daemonum ex permissione diuina.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Christus dicit super Mat. cum in plantis uel brutis aliquid tale Dominus operatur, non queras qualiter iuste siccata est ficus, si tempus non erat: hoc enim quærere est ultimae demeritiae, quia: in talibus non inuenitur culpa & poena: sed miraculum inspicere, & admirare miraculi factorem, nec facit creator iniuriam possidenti, si creatura sua suo arbitrio utatur ad aliorum salutem: sed magis (ut Hilar. dicit super Mat.) in hoc bonitatis diuinae argumentum reperimus, nam ubi afferre uoluit procuratam per se salutis exemplum, uirtutis suae potestatem in humanis corporibus exercuit: ubi uero in cõtumaces formam seueritatis constituabat, futuri speciem damnatio arboris indicauit, & praecipue (ut Chryl. dicit) in ficulnea, quae est humidissima, ut miraculum maius appareat.

AD TERTIUM dicendum quod Christus est in aqua & in aere fecit miracula, quae sibi conueniebant, quando scilicet ut legitur Mat. 8. imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Non autem conueniebat ei, qui omnia in statu pacis, & tranquillitatis reuocare uenerat, ut uel turbationem aeris, uel diuisionem aquarum faceret, unde Apostolus dicit Heb. 12. Non accessistis ad

Tertia S. Thomae. T 3 tra-

Hom. 31. in Io. post me
Hilar. 204.
Super illud
Mat. 8. Cum
uenerit Ies.
in domi Pe-
trito. 9. in
Mat. 23. in
Beda. 114. 8.
in c. 14. Be-
caudatus
ord. 10. 7.
Super
Mat. 9.
die in
falsis
q. prae. 2.
Super
Mat. 9.
tes se
& scri-
rabia
facit.
Tract. 11.
Jo. post m
dium. com.

Ar. 1. & 2. hu-
ius q.
Ar. prae.
Hom. 48. in
Mat. 4. agit
de Hist. fiscal-
nea. to. 3.
2. 21. Mat.
parum anse-
med.
Lore iam di-
cto in prin-
huius sol-
tionis.

tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellam.

Circa passionem tamen diuifum est uelum, ad ostendendum referentiam mteriorum legis. Aperta sunt monumenta, ad ostendendum quod per eius mortem, mortuis uia daretur. Terra mota est & petra scissa sunt, ad ostendendum quod lapidea hominum corda per eius passionem emolliretur, & quod totus mundus uirtute passionis eius erat in melius commutandus.

AD QVARTVM Dicendum, quod multiplicatio panum est facta per modum creationis, sed per additionem extranea materia in panes conuersa, unde Augustinus super Ioann. dicit: * unde multiplicat de paucis granis fegetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes.

Manifestum est autem, quod per conuersionem granam multiplicatur in fegetes.

QVAESTIO XLV.

De transfiguratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

INDE considerandum est de transfiguratione Christi.

ET CIRCA hoc quaruntur quatuor. Primo, Vtrum conueniens fuerit Christum transfigurari.

Secundo, Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa.

Tertio, De testibus transfigurationis.

Quarto, De testimonio paterne uocis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Christum transfigurari.

Titulus ex Euan gelio clarus est.

In corpore unica est conclusio. Conueniens fuit Christum transfigurari. Probatur primo. Oportet finem aliqualem pre cognosci ad directe procedendum in uia praeteritum difficili, aspera & laboriosa, ad finem iocundum, sed uia discipulorum Christi per passionem est, & finis gloria est similis gloriae Christi, ad quam peruenit per passionem Christi, ergo conueniens fuit monstrari gloriae Christi, quod est ipsum transfigurari. Maior declaratur dupliciter, & exemplo sagittatoris, & uerbo Thome. Minor autem quo ad Christum Luca ultimo, quo ad discipulos Actuum 4. & ad Philippenses 3. Et confirmatur auctoritate Bedae. Omnia clara sunt.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum transfigurari; non enim competit uero corpori, ut in diuersas figuras mutetur, sed corpori phantastico. Corpus autem Christi non fuit phantasticum, sed uerum ut supra habitum est. * ergo uel quod transfigurari non debuerit.

¶ 2 Praet. Figura est in quarta specie qualitatibus, claritas autem est in tertia, cum sit sensibilis qualitas. assumptio ergo claritatis a Christo transfiguratio dici non debet.

¶ 3 Praet. Corporis gloriosi sunt quatuor dotes (ut infra dicetur) scilicet impassibilitas, agilitas, subtilitas, & claritas. non ergo debuit transfigurari magis secundum assumptionem claritatis, quam secundum assumptionem aliarum dotorum.

SED CONTRA est, quod dicitur Mat. 17. quod Iesus transfiguratus est ante tres discipulorum suorum.

RESPON. Dicendum, quod Dominus discipulos suos pronuntiata sua passione, induerat eos ad suam passionis sequelam. Oportet

tet autem ad hoc quod aliquis directe procedat in uia, quod finem aliqualem praecognoscat, sicut sagittator non recte iacet sagittam, nisi prius signum prospexerit in quod iacendum est: unde & Thomas dixit Ioan. 14. Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire? Et hoc praecipue necessarium est, quando uia est difficilis & aspera, & iter laboriosum, finis uero iocundus. Christus autem per suam passionem ad hoc peruenit, ut gloriam obtineret non solum animam, quam habuit a principio suae conceptionis, sed etiam corporis, secundum illud Luc. ult. Hec oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: ad quam etiam perducit eos, qui uestigia suae passionis sequuntur, secundum illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum caelorum. Et ideo conueniens fuit, ut discipulis suis gloriae suae claritatis ostenderet, quod est ipsum transfigurari, cui suos configurabit, secundum illud Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae: unde Beda * dicit super Matth. Pia prouisione factum est, ut contemplatione semper manentis galilaei ad breue tempus delibata, fortius adueria tollerent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Hieronymus * dicit super Matth. nemo putet Christum per hoc quod transfiguratus dicitur, pristinam formam, & faciem perdidisse, uel amisisse corporis ueritatem, & assumpsisse corpus spirituale uel aereum: sed quomodo transformatus sit, Euangelista demonstrat dicens, Resplenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, ubi splendor faciei ostenditur, & candor describitur uestium, non substantia tollitur, sed gloria commutatur.

AD SECUNDVM dicendum, quod figura circa extremitatem corporis consideratur: est enim figura quae termino uel terminis comprehenditur. Et ideo omnia illa, quae circa extremitatem corporis considerantur, ad figuram quodammodo pertinere uidentur: sicut autem color, ita & claritas corporis non transparentis, in eius superficie attenditur. Et ideo assumptio claritatis, transfiguratio dicitur.

AD TERTIUM dicendum, quod inter praedictas quatuor dotes, sola claritas est qualitas ipsius personae in seipso, aliae uero tres dotes non percipiuntur nisi in aliquo actu, uel motu seu passione. Ostendit igitur Christus in seipso aliqua illarum trium dotorum indicia, puta agilitatis, cum supra undas maris ambulauit, subtilitatis, quando de clauo utero Virginis exiuit, impassibilitatis, quando de manibus Iudeorum uel precipitare uel lapidare eum uolentium, illaesus euasit. Nec tamen propter illa transfiguratus dicitur, sed propter solam claritatem, quae pertinet ad aspectum personae ipsius.

ARTICVLVS II.

Vtrum claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas gloriosa.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod illa claritas non fuerit claritas gloriosa. Dicitur enim quaedam glossa Bedae super illud Matth. 17. Transfiguratus est coram eis. In corpore, inquit, mortali, ostendit, non immortalitatem, sed claritatem similem futurae immortalitatis; sed claritas gloriae est claritas im-

Super questionem quinquagesimam articulum secundum.

Titulus dicit, an illa claritas, quae apparuit in Christo, fuerit claritas, quae ponitur una ex quatuor dotes corporis gloriosi: hoc enim querere an fuerit claritas gloriosa. Et queritur hoc ad differentiam claritatis, quae alias apparere potest ut

D. 962.

Tract. 14. a te. non procul a prin. to. 9.

Op. 6. c. 16.

q. 3. ar. 2.

Non coplet uic morte p uentuf.

Super illi Manu. ubi figuratur ante coen. mo 9.

D. Ep. me. D.

ar. 4.